



## Universitätsbibliothek Paderborn

Jnstruction in namen der dreier weltlicher Stendt des  
Erzstiftts Cöllen/ an die Erwirdigen/ wolgeborne[n] vnd  
hochgelerte[n] hern Thumbkepler vnnd Cantzler/ [et]c.  
ferrer an eyn[n] Erwirdig ...

**Erzstift <Köln> / Landstände**

**[Köln], [1546]**

**VD16 K 1812**

In Nomine Domini, Amen. Tenore præsentis publici Instrumenti cunctis  
idipsum uisuris, lecturis & audituris pateat euidenter ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35123**

**I**N NOMINE DOMINI AMEN TENO  
In præsentis publici Instrumenti cunctis id ipsum uisuris, lecturis &  
audituris pateat euidenter, quod anno à nativitate domini nostri Iesu  
Christi millesimo, quingentesimo, quadragesimoquarto, Indictione  
secundum usum, stilum & obseruantiam scribendi ciuitatis & Dioce-  
sis Colonensis tertia, die Martis, decima octaua mensis Nouembris,  
hora quinta uel circiter post meridiem, Pontificatus sanctissimi in Chri-  
sto patris & domini nostri, domini Pauli, diuina prouidetia Papæ eius  
nominis tertij, undecimo: Romania ut Imperij serenissimi & inuictissimi  
principis & domini, domini Caroli quinti huius nominis, fauete  
diuina clementia Romanorum Imperatoris semper Augusti, ac His-  
paniarum regis Catholici, &c. uicesimo sexto anno, in mei Notarii  
publici ac testium infrascriptorum ad hoc vocatorum præsentia con-  
stituti, Reuerendi, illustres, uenerabiles, egregii, honorabiles & reli-  
giofi domini, Decanus & Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ, totaqz  
uniuersitas Primarij & Secundarij Cleri, ne non magnificus, eximij  
& doctissimi uiri, dominij Rector & Deputati quatuor facultatum  
Vniuersitatis studij Colonensis, exposuerunt uera uoce, & exponife-  
cerunt, qualiter ipsis dominis de Capitulo, Clero & Vniuersitate ho-  
dierno die ante meridiem quoddam prætensem publicum protestatio-  
nis Apostolorumqz dationis Instrumentum, per discretum Ioan-  
nem Rurgeri de Aruuyle Notarium publicum subscriptum, nomine &  
ex parte Reuerendissimi domini Hermanni Archiepiscopi Coloni-  
ensis, principis Electoris, &c. per me Henricum Auerdunck, Notar-  
ium infrascriptum intimatum esset & insinuatum. Itaqz huiusmodi  
prætenso Instrumento per ipsos dominos meos gratiosos & ueneran-  
dos (ut afferebant) lecto, examinato & intellecto, hoc dederunt subse-  
quens responsum, uidelicet: **E X Q V O** Reuerendissimus domi-  
nus noster Archiepiscopus Colonensis Appellationem dominorum  
de Capitulo, Cleri & Vniuersitatis iustum, rationabilem & piam, inqz  
iure diuino & humano fundatam gratiæ suæ insinuatam, planè reiecit  
de Apostolis respondendo, ad quos tamen petendum, cum prius dati  
essent testimoniales, Syndicus insinuationis nullum habuit mādandum,  
ac in eiusmodi sua responsione protestatur & comminatur de appelle-  
lando ad futurum uniuersale Concilium contra constitutiones Eccle-  
siasticas & ciuiles, unde appetit gratiam suam non mutare animum,  
sed suæ sententiæ & grauaminibus illatis, ob quæ appellatum est, ins-  
hærere uelle. Igitur prædicti domini commemoratam Apostolorum  
responsionem gratiæ suæ Reuerendissimæ unâ cum protestatione &  
comminatione subiunctis, non acceptant, sed rejciunt, suæqz Appel-  
latio-

Iationi legitimè interpositæ & insinuatæ inhaerere uolunt, prout inhæ  
rent, illamq; qua possunt diligentia prosequi intendunt, de quo solen  
niter protestantur & protestati sunt, petentes sibi super hisce omnibus  
& singulis præmissis à me Notario infrascripto unum uel plura, publi  
cum seu publica fieri atque dari Instrumentum & Instrumenta in me  
lioriforma. Acta fuerunt & sunt hæc Coloniae in maiori hypocausto  
Conuētus fratrum ordinis Prædicatorum in cœtudictorum domino  
rum, sub anno domini, Indictione, die, mëse, hora, Pontificatu & an  
no Imperij præscriptis. Presentibus ibidem honestis ac discre  
tis, Hermanno Top, Alberto Berchman Assendieñ,  
& Rutgero ab Horst, Clericis Colonensis  
Dioecesis, testibus ad præmissa uo  
catis specialiter atque  
rogatis.

Et quia ego Henricus Auerdunck Clericus Monasteriensis, public  
eus sacra Imperiali autoritate Notarius, uenerabilisq; Curiae Archis  
episcopalis Colonensis causarū scriba communis iuratus, præinservare  
respōsitioni, Appellatiōis interpositæ inhæsionis ac protestationi, omni  
busq; alijs & singulis, dum sic, uti præmittitur, fierent & agerentur,  
unā cum prænominatis testibus interfui, eaq; omnia & singula sic fie  
ri uidi & audiui, ac in notam sumpsi, ideo præsens publicum Instru  
mentum manu alterius, me interim alijs legitimis præpedito negocijis,  
fideliter conscriptum & exaratum exinde confeci, extraxi, sub  
scripsi & publicauui, atque in hanc publicam formam  
redegi, signoc; nomine & cognomine meis so  
litis & consuetis signauui, in fidem &  
testimonium omnium & si  
gulorum præ  
missos,  
sum rogatus & re  
quisitus.

S. I. N. I. S.

II